



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XXI. Des Bischofs Heinrich von Brandenburg Ablass für alle Wohlthäter der Kirche St. Bonifacii in Halberstadt, vom 15. Dezember 1273.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

tractanda ante festum beati Martini et nos modo simili faciemus, qui eandem terram intrabunt et omnia secundum, quod unquam possunt, amicabiliter terminabunt. Ipse etiam Archiepiscopus in omnibus nostris negociis fauorabiliter pertractabit nos, hec omnia firmiter seruare et terminare et nos pro fratre nostro, domino Ottone, et pro nobis in manus domini Archiepiscopi promissimus fide data et ipse in manus nostras promissit similiter fide data. Presentem etiam paginam in euidens testimonium predictorum conscribi fecimus et Sigilli nostri munimine roborari; fuerunt autem in hiis placitis presentes nobiles viri Comes Conradus de wernigerode, waltherus de Barbey, Burchardus, Camerarius Magd. ecclesie, Burghardus de Scraplôwe, Luthardus de Meynersem necnon Geuehardus de Aluenfleue; fidelis noster, Geuehardus, Prepositus in Soltwedel, et alii quam plures. Datum Aluenfleue, in vigilia beati Michaelis.

Aus dem Codex St. Mauritii im Herzogl. Landes-Archiv zu Bernburg f. 113. (Cop. IV a f. 122 im Kön. Prov.-Archive zu Magdeburg). Zu vergleichen oben S. XX, S. 188.

**XXI. Des Bischofs Heinrich von Brandenburg Ablaß für alle Wohlthäter der Kirche  
St. Bonifacii in Halberstadt, vom 15. Dezember 1273.**

Henricus, dei gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, vniuersis cristi fidelibus hanc litteram auditoris salutem et eternam in domino Karitatem. Uniuersitati vestre notum esse volumus, quod nos propter deum et deuotas preces venerabilis patris volradi halberstadenfis Episcopi omnibus Benefactoribus ecclesie sancti Bonifacii eiusdem ciuitatis de misericordia domini nostri ihesu christi consili Quadraginta dies et Karenam de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum Brandeburch, anno domini M° CC° LXXIII°, octauo X° Kal. Januarii.

Nach dem Original h. N. Stifts Bonifacii zu Halberstadt No. 49 im Königl. Prov.-Archive zu Magdeburg.

**XXII. Heinrich, Bischof von Brandenburg, genehmigt die Schenkung der Kirche Mordiz an  
das Lorenz-Kloster in Neustadt-Magdeburg, am 16. März 1275.**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Henricus, permissione diuina brandenburgensis episcopus, Omnibus et singulis, ad quos presentes littere peruenerint, Salutem in eo, qui est omnium vera salus. Preces, que deuocionis tenorem continent, fiducialiter solent porrigi et nos libenter eas presertim, quantum in nobis est, studiis fauorabilibus promouemus. Sane illustres principes domini iohannes et Albertus, duces saxonie, nobis suis litteris intimarunt,